

tell., pag. 688; in una Aquipendii 13 Novembris 1691, lib. dec. Griminal., p. 36; Signina, 31 Julii 1695, lib. decret. Mart., pag. 751. (135. Item mandantes; eadem sacr. congr. in Neapolitana, 18 Novembris 1687, lib. decret. Martelli, p. 186; Camerin., 3 Augusti 1695, lib. i decret. Vall., pag. 406. (136. Item cogentes, obsidentes, et custodientes confugitum, ut egrediatur ab ecclesia, et capiatur: eadem sacra congreg. in Perusina, 5 Junii 1694, lib. i decret. Vallem., p. 126; Hieracen. 28 Augusti 1700, lib. ii decret. Vallem., pag. 209. (137. Item dolose et blande suadentes confugito ut exeat a loco immuni ut capiatur a birruariis: ead. sac. congr. in Marcisen., 31 Julii 1691, lib. decretal. Martelli, pag. 249; in Aquipendii, 13 Novembris 1691, lib. decret. Grim., pag. 36; in Neapolitana, seu Castri Maris, 23 Junii 1693, lib. i decret. Vallem., p. 58; in Camerinen. 13 Maii 1698, lib. ii decret. Vallem., pag. 153. (138. Item tentantes: ead. sac. congr. in Minerbinen., 2 Decembr. 1693, lib. i decret. Vallem., pag. 96; in Sutrina, 20 Augusti 1695, d. lib., pag. 210. (139. Item ipsi extrahentes, quamvis extractum consignaverint Potestati ecclesiasticæ: eadem sacra congreg. in una Civitatis Castellanae, 18 Novembris 1687, lib. iii decret. Altov., pag. 183. (140. Nec supradicti excusantur ab excommunicatione, quamvis reus libere consentiat capi, carcerari, extrahi, et hujusmodi, quia adhuc violatur immunitas ex dictis supra num. 3 et 106.

(141. Si violatores libertatis vel immunitatis Ecclesiæ appellaverint contra sententiam declaratoriam episcopi, talis appellatio non debet admitti, nisi prius Ecclesiæ fuerit satisfactum: Pignat., tom. II, consult. 65, num. 26, ubi affert plures declarationes præcis his verbis: « Appellatio a declaratoria censurarum in materia violatæ immunitatis ecclesiasticæ non admittitur nisi prius ecclesia quoad suum honorem fuerit in integrum restituta: » sacra congregatio Episcop. in Neapolitana, 11 Octobris 1617, et in Liparen., 4 Julii 1620, et Rhegien., 28 Julii eodem anno, et Syracusana, 19 Julii 1622; et pluries declaravit etiam sacra Congreg. Immunitatis, ut refert Riccius in Synopsi, verb. *Appellatio*, ubi sub num. 3, sic præcise habet: « Appellatio ad metropolitanum super censuris latis in causa violatæ immunitatis non est attendenda ab episcopo: » S. Cong. Immun. in Bisacien., 6 Febr. 1694, lib. i decret. Vallem., pag. 102; et sub num. 4, his verbis: « Imo, neque appellatio ad Sanctissimum et sacram congregationem admittitur quoad effectum suspensivum, sed solum quoad devolutivum: » Materanen., 9 Sept. 1631, lib. ii decret. Paul., p. 89; Beneventana, 22 Novemb. 1639, lib. iii decret. Paul., p. 104; in una nullius abbatiae S. Joannis in Lamis, 18 Octobris 1695, lib. iii decret. Vallem., p. 224; Balneoregien., 18 Augusti 1700, lib. ii decret. Vallem., pag. 307; et sub num. 7, sic refert: « Non obstante appellatione interposita ad nunciaturam per baroncellum excommunicatum ob violationem immunitatis, episco-

pus procedat contra ipsum ad ulteriora: » in una Burgi S. Sepulcri, 7 Maii 1688, lib. ii decret. Vallem., pag. 151; et sub n. 8, refert: « Non obstante appellatione procedendum prout de jure contra violatorem immunitatis ecclesiasticæ: » Pisauran., 25 Septemb. 1627, lib. i decret. Paul., pag. 67; et sub num. 11, sic habet: « Non admittitur appellatio tam ad effectum devolutivum quam suspensivum a censuris in contumaciam promulgatis ex causa violatæ immunitatis: » Rossan., 8 Apr. 1642, lib. iii decret. Paul., pag. 173.

(142. Absolutio a censuris contractis ex causa violatæ immunitatis, libertatis, et jurisdictionis ecclesiasticæ, est reservata Summo Pontifici, nec ab alio potest concedi sub quocunque prætextu, etiam restitutionis statim factæ ecclesiæ; et opinio contraria improbat. Sic sac. congregat. Immunitatis in Lycien., 13 Julii 1633, lib. iii dec. Paul., pag. 66; Casertana, 24 Januarii 1651, lib. iv decret. Pauluc., pag. 134.

(143. Et ita est reservata Summo Pontifici, ut, vacante Sede Apostolica, desit potestas absolventi. Eadem sac. congr. in una S. Marci in Calabria, 2 Junii 1691, lib. decr. Martelli, pag. 374. Sic refert Riccius in Synopsi, verb. *Absolutio*, n. 2.

(144. Unde ordinarii et episcopi absolventes censuratos hujusmodi sine facultate Sedis Apostolicæ incidunt in excommunicationem eidem Sanctæ Sedi reservatam, a qua regulariter datur facultas ut se faciant absolvere a suis confessariis privatim, et cum Sanctissimo agitur pro dispensatione irregularitatis quatenus incurrerint. Ead. sacra congregatio in Squillacen. 16 Decembris 1664, lib. decretal. Rocci, pag. 608; Acernen., 29 Januarii 1636, lib. ii decret. Paul. pag. 241.

(145. Quare præcipitur archiepiscopo qui sine dicta facultate absolvit censuratos ex causa extractionis confugiti ab ecclesia, ut reaffigat cedulones contra ipsos. Ead. sac. congr. in Brundusina, 28 Apr. 1671, lib. i decret. Altov., pag. 346.

(146. Sic pariter absolutio concessa ab Eminentissimo legato sine facultate apostolica non suffragatur, et iungitur episcopo, ut denuo absolvat auctoritate sacræ congregationis. Eadem sac. congr. in Papien., 11 Julii 1676, lib. i, decr. Alt., pag. 1302.

(147. Absolutio obtenta a censuris ex causa violatæ immunitatis vigore brevis Sacræ Pœnitentiariæ non suffragatur in foro exteriori. Ead. sac. congr. in Gravinen., 9 octobr. 1629, lib. ii decret. Paul., pag. 8.

(148. Nec absoluti ex causa præfata vigore bullæ Cruciatæ habentur pro bene absolutis a sacra congregatione, et iungitur reaffixio cedulonum. Ead. sac. congr. in Cosentina, 21 Jun. 1672, lib. i decr. Alt., pag. 705.

(149. Absolutio data vigore bullæ Anni Sancti per confessarium a censuris incursis ex causa violatæ immunitatis non suffragatur in foro exteriori. Ead. sacra congr. in Vicana, 27 Aug. 1675, lib. i decret. Altov., p. 1141.

(150. Absolutio vigore jubilæi non suffragatur censuratis, et reaffigi possunt ac debent cedulones. Eadem sac. congr. in Aquil-

ana, 17 Decemb. 1630, lib. ii decr. Paul., pag. 66; Gravinen., 1 Octobris 1641, lib. iii decret. Paul., pag. 157; Hyeracen., 4 Decemb. 1657, lib. decret. Rocci, pag. 47; Aversana, 19 Jul. 1661, d. lib., p. 347; Squillacen., 9 Maii 1702, lib. iii decret. Vallem., pag. 420.

(151. Ordinatio inferiori concedi non debet facultas absolvendi censuratos ex causa violatæ immunitatis; sed episcopo viciniore. Ead. sac. congr. in una nullius Meliten., 23 Aug. 1632, lib. ii dec. Pauluc., pag. 137 et sæpius alibi.

(152. Absolutio a censuris incursis ob violatam immunitatem non datur, nec dari potest, et data non valet, nisi prius restituito reo et facta satisfactione læsæ ecclesiæ. Arg. c. *Ex litteris* 11, de Constitution.; cap. *Qua fronte* 25, de Appellat., et cap. *Cum desideres* 15, de Sentent. excommunic., et expresse decrevit pluries sac. congr. Immun. et signanter in Laudan., 9 Octobris 1629, his verbis: « Absolutio ab excommunicatione non prodest, nisi secuta restitutione et reintegratione Ecclesiæ. » Sic refert Pignatell., tom. II, consult. 60, num. 38 et similiter in Mesanen., 11 Aug. 1638, lib. iii decretor. Paul. pag. 68; in Marsicana, 24 Januar. 1645, lib. iii decretor. Paul., pag. 253; in Aquen., 18 Februarii 1659, lib. decret. Rocci, pag. 399. in Rossanen., 9 Maii 1662, lib. decret. Rocci, p. 399.

(153. Immunitatem sive libertatem ecclesiasticam publice violantes a Pœnitentiaria apostolica nequirent absolvi. Bened. XIV, tom. I, const. 95, incip. *Pastor bonus*, § 14.

(154. Immunitate Ecclesiastica non gaudent homicidæ tam laici quam Ecclesiastici, etc. Vide verb. *Homicidæ*, et verb. *Banniti*, et dicta artic. super num. 156.

(155. Pœnæ contra turbantes immunitatem afficiunt etiam eos qui impediunt ne iudex ecclesiasticus cognoscat in causis in quibus habet auctoritatem tantum cumulativam. Bened. XIV, Instit. Eccl., 40, § 10.

(156. Si quis reus dolose extrahatur ab ecclesia, et extra illam capiatur non per vim aut per salvum conductum, illa dolosa extractio reo non suffragatur, ut ex decreto sac. congreg., die 22 Dec. 1716, Institut. Eccl., 41, § 9, n. 31.

(157. Quoniam ex facili religiosorum unius ordinis ad alios ordines refugio omnium ordinum disciplina collabitur, idcirco P. procurator ord. S. Augustini Eremitarum Mexicanæ provinciæ, pro hujusmodi abusu compescendo, recursum habuit ad S. P. Clementem XII, a quo instantis supplicatione ad congregationem Episcop. et Regularium remissa, ejusdem congregationis prodiit decretum, a Sanctissimo confirmatum, quo statuitur, aufugientes superioribus sui ordinis esse restituendos, sub conditionibus et cautelis in sequenti expressis.

#### CLEMENS PAPA XII, ETC.

§ 1. Alias pro parte dilecti filii Ignatii Padilla fratris expresse professi, in sacra theologia Magistri, provinciæ S. Nominis Jesu Mexicanæ, ordinis Eremitarum S. Augustini procuratoris ad specialia negotia missi, nobis expositum fuit, quod in dicta provincia

abusus valde observantiæ regulari præjudiciales, nempe quod aliqui religiosi inquieti et parum observantiæ sui instituti amatores obedientiam, reverentiamque, ac subjectionem suis prælati debitas parvifacientes ad cœnobita aliorum ordinum, vel Congregationum, aut institutorum, prætextu evadendæ violentiæ et effugiendi rigorem suorum superiorum, confugiant, irrepserant; et licet superiores prædicti a prælati conventuum ubi prædicti Religiosi confugiunt, petant ut patiantur quod obligatio obediendi propriis superioribus, et sese ad propria cœnobita restituendi intimetur, vel quod illos propriis superioribus tradant, neutrum obtineri solet, protestantes aliorum ordinum, vel congregationum, aut institutorum prælati ubi dicti religiosi confugiunt, eosdem gaudere immunitate refugii, et consequenter a proprio prælato non posse extrahi, requiri, aut notificari, utpote in alieno territorio existentes, neque superiores aliorum ordinum prædictorum debere dictos religiosos confugientes tradere: et in eadem expositione subjunctum, quod dilectus etiam filius Modernus, prior provincialis provinciæ et ordinis prædictorum in angustias positus, ad venerabilem fratrem Modernum, archiepiscopum Mexicanum, illius regni proregem, recursum habere coactus fuerat ut ei auxilium regium impertiretur quo dispersum gregem ad ovile proprii ordinis reducere, et hoc tantum mediò relatis præjudiciis occurrere posset. Cum autem minime lateat quod si hæc janua asyli aut refugii religiosi pateat, funditus disciplina regularis ac debita propriis superioribus obedientia corrumpatur, nec non jurgia et discordiæ inter superiores respective ordinum, cum sæcularium scandalo, procul dubio pullulent.

§ 2. Porro, ut tot malis occurreremus, per nos declarari summopere desiderabat quod dictis religiosi ad conventus aliorum ordinum, vel congregationum, vel institutorum confugientibus immunitas refugii, seu asyli minime suffragetur, sed a proprio superiori judicialiter ex alieno conventu unusquisque confugientium hujusmodi extrahi, et ad proprium, quocunque privilegio regularibus concessio hac in parte non obstante, reduci possit. Quod si dicti religiosi adhuc rebelles in parendo propriis superioribus ad suum conventum eosdem redeundi jubentibus perseverent, vel dicti superiores eos titulo refugii recipientes, auxilium præstantes propriis superioribus tradere renuerint, utriusque pœnæ fugitivis, et eorum fautoribus et protectoribus, necnon rebellibus et inobedientibus per hanc Apostolicam Sedem impositas ipso facto, et absque alia declaratione incurrere debeant.

§ 3. Nos supplicem libellum nobis porrectum ad congregationem venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. card. negotiis, et consultationibus episcoporum et regularium præpositam remisimus, a qua emanavit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: « Sacra Congr. eminentiss. et reverentiss. S. R. E. card. negotiis, et consultationibus



episcoporum, et regularium præposita ad quam sanctiss. dominus noster supplicem libellum remisit, attenta relatione eminentissimi Firrao præfati ordinis apud sanctam Sedem protectoris, re mature perpensa, decrevit Regulares unius religionis, confugientes ad ecclesias et monasteria alterius religionis, superioribus propriæ religionis, restitui debere a prælati alterius religionis, ad quorum ecclesias et monasteria confugiunt, præstito tamen ab iisdem superioribus confugientium juramento, et facta obligatione de servanda immunitate ecclesiastica, et de restituendo confugiente præfatis ecclesiis vel monasteriis ad quæ confugerunt, casu quo procedendum sit ad pœnas corporales, carceris perpetui, mortis, et trimerium, propter delicta ab ipsis confugientibus commissa; secus, si ipsi superiores procedere deberent ad pœnas ordinarias, et ad correctionem regularem per constitutiones ordinis præscriptas, cujus rei declaratio ad definitorium provinciale, vel ubi illud non fuerit, ad concilium conventus spectabit. Quod si constituto Regulares confugientes pœnas duntaxat ordinarias, et per constitutiones ordinis ad correctionem præscriptas promereri, prælati alterius religionis renuant eos propriis superioribus restituere, vel ipsi Regulares ad proprias religiosas domos redire recusent, sacra eadem congregatio utrosque ad instar apostatarum, vel apostatas recipientium, in excommunicationem Summo Pontifici reservatam incursum declaravit. Romæ 5 Septembris 1738. J. Cardinalis Firrao. C. archiepiscopus Damiatæ secretarius.»

§ 4. Cum autem, sicut dictus Ignatius procurator nobis subinde exponi fecit, ipse decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum cupiat;

§ 5. Nos ipsum Ignatium procuratorem specialibus favoribus et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ congr. Cardinalium.

§ 6. Decernentes easdem præsentis litteras firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscunque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et

definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§ 7. Non obstantibus, etc.

§ 8. Volumus autem, etc.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 20 Decembr. 1738, pontific. nostri anno IX.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

In hoc et superiore articulo plura auctor, et quidem fuse, de immunitate locali habet, quæ tamen praxim tantum spectant; quæque ideo ansam nobis præbere videbantur, ut aliqua subnecteremus de ejusmodi immunitatis origine, progressu, fati variis, et præsentis statu. Verum hoc non perfunctorii laboris esset opus, et vix quidem dignum, quod hic subjungeretur. Cui tamen vacat, eaque tenere cupienti adeundus præ cæteris est Mascambronius recentissimus hujus generis scriptor in suo opere, Italice conscripto, cui titulus: *Degli Asili de' Cristiani ragionamento*, ubi capite 4 illud præsertim enodatur, palamque fit: quomodo nimirum asyli jus apprimè cum natura, et civili delictorum vindice jure conveniat: quam bene hominum societati prospiciat: et qui fines sacerdotum inter et imperium intercedant.

At ut operi in quo versamur serviamus, e re duximus quatuor hic transcribere regulas, quas idem Mascambronius in fine penultimi capituli statuit ad amputandas ambages illas, ac tricas, quas de trivio scriptores inanibus movent quæstionibus, ibi: « E conciossi acosachè le questioni le quali spettano alla pratica della locale immunità sieno presso che innumerabili, a cagione che molti autori hanno più amato fantasticare, e stillarsi il cervello sulla corteccia delle parole, che consumare utilmente il tempo nell' investigare lo spirito della chiesa, e de' canoni già preseritti sul modello de' libri santi, e delle apostoliche tradizioni, ho io divisato di ridurre a poche regole tutto ciò, ch' è stato dibattuto e messo in controversia sinq ad ora dagli altri. Per quello dunque, che concerne le persone, alle quali prestare si dee dal clero ajuto, e rifugio, la prima regola, con cui è da guidarsi tutto il sistema s' è, che secondo l' indole primiera della religione gli asili e gli Uffizi di Misericordia non sono da negarsi ad alcuno. Ma giacchè i Sommi Pontefici i quali hanno da Cristo facoltà d' interpretare, ed accomodare eziandio l' eterne leggi, e le più sante istituzioni divine alle varie occasioni ed opportunità, le quali si moltiplicano senza misura, giacchè dico i sommi Pontefici hanno dichiarato, che alcuni delinquenti possono restare esclusi dal beneficio della franchigia, non lice a noi ampliare la significazione delle parole usate da loro nelle bolle, e nelle decretali più di quello, che porta la comune approvazione degli uomini. Facendo altrimenti s' accrescono sempre più le vane contese, e si reca spesso volte non piccolo pregiudizio ad una gran turba di Cristiani, i quali restano esclusi da' luoghi immuni, sol perchè così piacque decidere al capriccio di pochi autori. Così

per modo d' esempio quando si dice esser privato della franchigia chi commette omicidio deliberamente, ed a malizia, non sono per questo da escluderne quelli, che presi da tumultuaria passione tolgono altrui la vita. Oltre di che si dee sempre riguardare quella dolce indole del sacerdozio, per cui furono costantemente difesi, ed ajutati, e tolti ancora per forza dalle mani della giustizia tutti gli omicidi generalmente.

« Similmente allorchè si dice esser escluso dal dritto del rifugio chi è reo di lesa maestà, offendendo la persona stessa del principe, per tal nome di principe non è da intendersi ogni superiore ma solamente il sovrano, e per nome di delitto di lesa maestà, non si dee prendere ogni trascorso, che si commette contro la volontà del proprio signore, ma quella colpa, con cui o si machina contro la vita di lui, o si tenta d' offendere qualche parte del suo corpo, o di contaminare il suo onore con ingiurie, e villanie, o pur se si faccia congiura co' suoi nemici, e loro si riveli il regio segreto, o finalmente se si concita ribellione, e tumulto, e gli si sollevino contro i sudditi stessi. Questi, che sono delitti di lesa maestà direttamente, e non gli altri, riguardati sono dalla bolla di Gregorio con quelle parole: *Aut læsæ majestatis in personam principis rei*, etc. E per vero dire chi non comprende, che altrimenti tutti i colpevoli sarebbero rei di lesa maestà, come quelli, i quali operando contro le leggi, sempre fanno contro la volontà del legislatore?

« L'altra regola è, che discendendo gli asili dalle più sincere massime della carità Cristiana, o si neghino, o si concedano a' colpevoli, non mai però debbe mancare il sacerdozio di usare inverso di loro qualche ufficio di beneficenza, e di misericordia. Per la qual cosa debbono i Vescovi spedire quanto più presto si può il processo de' delinquenti eccettuati, perchè non si accresca sempre più l' odiosità de' laici contro l' ecclesiastica immunità, ma non deono trascurare di farlo maturamente, affinchè sempre abbiano i Cristiani da riguardare ne' loro pastori qualche particella delle antiche misericordievoli consuetudini, e del prisco amore inverso de' refugiti. Anzi non potendo tai colpevoli esclusi dalla franchigia esser privati di ogni ufficio di carità, e di elemenza, i Vescovi allorchè li consegnano al foro laicale, conviene che s' interpongano quanto più possono efficacemente per ottenere loro il perdono. Così mancando a' Cristiani il locale rifugio, non mancherà loro almeno il primiero asilo, che fu l' intercessione, e l' amorevole sollecitudine de' loro pastori.

« La terza regola è, che essendo indirizzata la locale immunità, non già perchè trionfi, e si dilati impunemente la colpa, ma bensì al corregimento, ed all' emenda de' tristi, si dee perciò attentamente invigilare acciòchè colui che si ricovera nelle chiese, non vi entri, e non vi dimori qual se fosse uno sche-rano, ed un malandrino correato d' armi, e gonfio di arroganza, e di fasto, forse più di-

sposto con dannevole esempio ad incendiare lo stesso tempio di Dio, che a riconciliarsi col prossimo, ed a dare qualche contrasegno di pentimento. Questi perversi uomini, a mio credere, e tutti eziandio coloro, che trasportano ne' luoghi immuni contrabbandi, ed illecite mercanzie sarebbero indi da Cristo medesimo, che è il Padre delle misericordie, e che nel tempio giustificò il publicano, discacciati, e mandati via bruttamente, come già fece una volta per nostro esempio. Io non dico già, che contro tai rifuggiti sia da rinnovellarsi l' antico rigore delle pubbliche penitenze, non solamente perchè una tal costumanza non fu giammai comune rispetto ad essi, ma molto più perchè colla natura del rifugio si adatta del pari la pubblica, che la privata penitenza: Dico, però, che a sostenere il fine, per cui introdotti furono gli asili tra' Cristiani, è uopo, che i peccatori facciano almeno sembianza di ricorrervi umili, dimessi, e divoti: Non altrimenti, che non si riceve negli ospedali, se non chi vi si presenta in forma, o di meschino, o d' infermo. Quindi saviamente Gregorio IX, e con esso quasi tutti i migliori canonisti, pronunziò quella bellissima sentenza che non debba giovare il beneficio della legge a quelli che mentre chieggono, se ne abusano, e peccano contro la stessa legge.

« La quarta regola da osservarsi è, che eccettuati gli oratori, e le private cappelle poste entro le case de' nobili, la franchigia non più conviene ad una chiesa che all' altra. Talchè debbono gli ecclesiastici ajutare, e con coraggio, e con indifferenza tutte le persone, che vi ricorrono. E se alcuni piccioli paesi fossero oltremodo ricchi ed abbondanti di sacri edifizii, non vi si debbe però introdurre alcuna variazione primà di chiederne consiglio, e licenza dalla S. Sede, la quale essendo guidata dal verace spirito di carità, e di prudenza, saprà adoperarci quei rimedi, che più le pareranno opportuni, e per servizio di Dio, e per bene del pubblico. In tal proposito io non so comprendere, come i laici abbiano continuamente molestati i Sommi Pontefici, affinchè restringessero l' immunità a piccol numero di delitti, e non abbianli anzi supplicati, acciocchè rinvocando gli asili alla primiera loro condizione, cioè al comune beneficio di tutti, gli avessero collocati, e stabiliti oltre alle case de' Vescovi, alle quali convengono di loro natura, nelle chiese più nobili, come nelle cattedrali, nelle parrocchiali, e nelle insigni collegiate. Anche ciò sarebbe ridondato senza alcun dubbio in molto svantaggio de' dritti del sacerdozio, dal quale furono anticamente veduti i rifugi distesi anche alle croci, che s' impiantavano per le vie, non che a tutte le chiese, le quali non erano in poco numero appo i maggiori, ed infino a lunghissimi spazi fuori delle loro porte, ed alle prossime case, ed a' giardini, ed a' cimiteri, ed a' vicini portici, e bagni; Ma per lo meno non sarebbero stati i Sommi Pontefici costretti malgrado la soave indole loro ora a negare agli uni ora agli altri colpevoli i più sacro-



santi di uffizi di misericordia, e di carità. Infino a che però la Santa Sede prenda altri provvedimenti, giammai non sia; che alcuno osi variare sulla gelosissima materia de' sacri rifugi neppure le particolari consuetudini introdotte ne' luoghi intorno alla maggiore, o minore estensione della franchigia fuori de' templi immuni; ma si badi bensì a togliere di mezzo le dissensioni, che nascono talvolta tra il sacerdozio, e l'imperio a cagione o degli orti o de' forni o degli altri profani luoghi, ne' quali, contigui essendo alle chiese, pretendono di rifugiarsi impunemente i colpevoli. In tal maniera si toglie l'occasione a quei, che scrivono sul modello di Pietro Giannoni di mettere in deriso ciò, che è venerando e sacrosanto per sua natura a cagione degli abusi introdotti, i quali non hanno a fare cosa del mondo colla santa dottrina, et disciplina della chiesa. Finalmente se la civil potestà voglia rispetto agli asili procurarsi vera quietà, e sicurezza di coscienza basterà, che ripensi, e rivolga per l'animo suo, che quando anche il sacro rifugio non discendesse dirittamente dalla dottrina di Cristo, è stato nondimeno mantenuto, e conservato in tutte le chiese per lo lunghissimo spazio di tredici secoli, e che i sacerdoti di tutte le cattoliche provincie hanno sempre avuto in costume di fulminare gravissime pene contro di coloro, i quali hanno tentato di contaminarlo e violarlo, e che i primi dottori della chiesa così Greca, come Latina, lo hanno vigorosamente sostenuto ad onta di tutti; senza ragionare della venerazione con cui è stato riguardato da tanti principi, e dagli imperatori più rinomati, e più santi. E se in così lungo spazio di tempo conservati si sono gli asili a favore di tutti i rei, quando non meno, che ora militavano i soliti pretesti della pubblica quiete, e del mal esempio degli altri, perchè sono eglino da abbolirsi nei giorni nostri con grave dispregio di tanti canoni ecclesiastici, o di tante censure, e di tanti affaticamenti de' nostri maggiori? »

## ARTICULUS IV.

*Quoad ea quæ specialiter concernunt immunitatem realem, et personalem, et penas eam violentiam, ac absolutionem ab eisdem.*

(1. Immunitas realis et personalis ea est, et in hoc consistit, quod personæ ecclesiasticæ, et bona cuncta, seu res omnes ad personas ecclesiasticas, vel ad ecclesiam aliquam pertinentes, sint immunes et liberæ, ac exemptæ a jurisdictione cujusvis potestatis et personæ laicalis, atque ab exactionibus, et oneribus quibuscunque. Unde, ut vide, immunitas, qua res ecclesiarum et ecclesiasticorum sunt immunes vocatur *realis*: illa vero qua personæ sunt exemptæ a jurisdictione, et ab oneribus personalibus vocatur *personalis*. Ita in re omnes communiter: Arg. cap. *Non minus 4*, et cap. *Adversus 7, de Immunitate ecclesiarum*; cap. *Quia nonnulli 1, de Immunitate*, in 6, Clementin. unic. eod. cap. *Quancum 4, de*

*Censibus* in 6, Authent. *Item nulla*, codic. *de Episcop. et cleric.*

(2. Nominè personarum ecclesiasticarum veniunt omnes clerici, tum sæculares, tum regulares utriusque sexus, etiam novitii, et alii enumerati sub verb. *Clericus*, art. 1. a n. 5 ad 18, et art. 2 fere per totum. Vide ibi. (3. Nominè honorum, seu rerum ecclesiasticarum veniunt omnes ecclesiæ, seu templa ædificata una cum cœmeteriis, item vasa sacra, paramenta, vestes et alia sive consecrata, sive benedicta ad divinum cultum deputata quasi instrumenta. Item bona a piis fidelibus oblata, donata et destinata pro dote, et manutentione ecclesiarum, earumque rectoribus, et ministrorum: Item alia bona ecclesiarum, et ecclesiasticarum personarum patrimonialia. (4. Omnes personæ vere ecclesiasticæ gaudent immunitate personali, indeque liberæ, immunes et exemptæ sunt ab omni jurisdictione, et foro cujusvis potestatis et personæ laicalis, tum in causis civilibus ex cap. *Bona quidem 1*, distinct. 96; cap. *in Canonibus 57*, caus. 16, qu. 1; cap. *Ecclesiæ S. Mariæ 20, de Constitutionibus*; cap. *Qualiter, et quando 17, de Judiciis*; c. *Si delinquenti 12, de Foro competenti* et authent. *Statuimus*; cod. *de Episcop. et cleric.* cum similibus. Tum in causis criminalibus, ex cap. *Nemo unquam 1*; cap. *Nullus Judicium 2*; cap. *Relatum 13*, caus. 11, cap. *At si Clerici 4, de Judiciis* cum similibus. (5. Sic etiam omnes res ecclesiarum et personarum gaudent immunitate reali; indeque liberæ, et immunes et exemptæ sunt ab omni jurisdictione laicali, et ab oneribus et exactionibus quorumcunque laicorum, cap. *Quæ semel 4*, caus. 19, quæst. 3; c. *Ligna 28, de Consecrat.*, dist. 1; c. *Non minus 4*, et cap. *Adversus 7, de Immunitate eccles.* cap. *Quia nonnulli 1, de Immun.* in 6, Clementin. unic. eod. c. *Sancitum est 1, de Censibus*; cap. *Quancum 4*, eod. in 6. Authent. *Item nulla*; cod. *de Episcop. et cleric.* l. *Sancimus 21*; cod. *de Sacrosanctis eccles.* Vide verb. *Clericus*, art. 2, et art. 7 per totum ubi late quoad immunitatem et exemptionem.

(6. Immunitas realis et personalis est de Jure divino ut jam probatum est antea art. 1, num. 7, et sub verb. *Clericus*, art. 1, a num. 77 usque ad 85 inclusive, et verb. *Bona ecclesiastica*, art. 2, a num. 16. Vide ibi. (7. Ecclesiastici etiam sponte non possunt solvere exactiones laicales, et laici a sponte dantibus non possunt accipere: Sic expresse statuit Urbanus VIII, constitut. incip. *Romanus pontifex*, § 6, per extensum adducta sub verb. *Bona ecclesiastica*, art. 2, num. 68, ubi declarat illicitas et invalidas, et restitutioni obnoxias exactiones laicales etiam sponte datas, ibi: « Necnon quascunque contributiones, collectas, gabellas, militum hospitationes, decimas vel alias fructuum partes, aliaque onera, et gravamina quæcunque super ecclesiis, monasteriis, et locis piis, præsertim vacantibus, personis ecclesiasticis, earumque vel eorum bonis seu fructibus; etiam prætextu, vel causa facultatis bona stabilia acquirendi, seu retinendi,

ac quomodolibet per laicos præfatos, et quoscunque alios, alias quomodolibet qualificatos absque sufficienti facultate apostolica impositas, exactasque etiam a sponte dantibus vel contribuentibus. » Et in bulla *Cænæ Domini*, § 18, expresse excommunicantur laici omnes cujuscunque sint dignitatis et auctoritatis, qui collectas, exactiones, aliave onera clericis, aut locis piis eorumque bonis imposita, etiam a sponte dantibus et concedentibus absque speciali et expresse Sedis apostolicæ licentia recipiunt, et ex declaratione sac. congr. Immun. in Volaterrana 18 Septembris 1629: « Clerus non potest solvere collectas absque incurso censurarum, » sic præcisè verbis refert Pignatell., tom. II, consult. 54, num. 62, qui ibid. sub n. 88, subdit: « Clericus non potest sponte solvere gabellas a laicis impositas. » ead. sacra congr. in Vicentina 15 Junii 1638, et in Adrien. 27 Septembris 1632. Quoad hæc et similia, vid. verb. *Bona ecclesiastica*, art. 2, per tot. et signanter a num. 68, ubi adducitur bulla Urbani VIII incip. *Romanus pontifex*, in qua multa scitu necessaria statuuntur et declarantur, ut ibi videre est; et num. 69, cum sequent.

(8. Quas pœnas incurrant violatores hujus immunitatis, quinam sint tales violatores et a quo possint vel non ab eisdem pœnis absolvi, jam satis dictum est sub verb. *Bona ecclesiastica*, art. 3, per tot. Unde ne jam scripta rescribantur vide ibi.

## NOVISSIMÆ ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(9. In prima hujus Bibliothecæ editione in articulo *Bannitus*, num. 22, impressa est quædam epistola de mandato Pauli V a cardinali Sabellio data ad nuntium regni Nea-

## IMPEDIENS.

## SUMMARIUM.

1. Impediens aliquem a consecutione boni, ad quod habet jus quæsitum in re, vel ad rem, peccat graviter contra justitiam, et tenetur proportionate ad restitutionem. — 2. Etiam impediens absque vi, fraude, detractione et mendacio. — 3. Demonstratur quomodo sit faciendæ restitutio proportionata. — 4, 5. Impediens sine vi, fraude et mendacio aliquem a consecutione boni, ad quod nullum habet jus in re, nec ad rem, peccat mortaliter, si faciat ex odio, et non tenetur ad restitutionem juxta proportionem spei, probabilitatis, seu certitudinis habitæ illius boni consequendi, si per vim, fraudem et mendacium impedit a consecutione talis boni. — 6. Impediens aliquem a consecutione boni, revelando occultum, atiamen verum crimen, peccat graviter, et tenetur ad compensationem, si id non faciat ex juxta causa. — 7. Advocati, procuratores, medici, chirurgi, ludimagistri, tonsores, artifices, mercatores, alique similes, qui vi, fraude, mendaciis, criminationibus cum aliorum præjudicio curant ad se trahere illos qui alios frequentabant, peccant graviter, et tenentur ad proportionatam restitutionem. — 8. Non peccant autem contra justitiam, nec tenentur ad restitutionem, si id faciant sine ulla vi, fraude, etc., sed solum communibus mediis, persuasionis, consilii, precum, etc. — 9. Imo Lugo eos excusat etiam a peccato mortali, quamvis cum aliorum præjudicio eurent ad suam operam, et officinam trahere eos, qui alios

politani, eaque reperiri asserebatur in registris sacre congreg. Episcoporum et regularium negotiis præpositæ fol. 55. Sub fide auctoris hæc ipsa epistola impressa fuit in cæteris, quæ postmodum factæ fuerunt editionibus in eodem artic. *Bannitus* non excepta una, et altera Romana, tum hæc postrema Veneta. Sed tandem aliquando animadversum fuit hanc epistolam immane quantum lædere localem immunitatem, atque ideo inquiri cœpit, an ea vera esset nec ne? Et supposititia fuit deprehensa. In registris enim dictæ sacre congregationis non ipsa, sed hæc alia epistola fuit reperta, quam ad corrigendum errorem in quem nos traxit auctor e re duximus hic imprimere.

« Avendo nostro signore inteso quello, che V. S. scrive alla congregazione de' Ves-covi con sua de' 7. Giugno prossimo circa ai disordini, che nascono per la frequenza di quelli, che confuggono ai luoghi sagri, ed inteso anche il senso di lei, che allargandosi seco la mano col concedergli facultà di poter far estrarre alcuni più insolenti, si potrà col castigo di pochi dar esempio, e reprimere l'insolenza agli altri; si contenta la Santità Sua di rimettere in lei, che in alcuni casi più gravi possa, secondo la sua prudenza, dopo l'aver fatta ammonire i Delinquenti, che partano; se ciò non giova, dar licenza alla Corte secolare di estrarli, persuadendosi Sua Santità, che ella sia per valersi di questa facultà solo quando conoscerà, che lo scandalo, ed il servizio pubblico lo ricerchi, dando però in ciascuno di detti casi avviso del seguito: E per fine Dio, » etc.

De immunitate reali vide quæ diximus in additione ad verb. *Bona*, art. 2 per tot.; de personali vero vide dicta n. 5, *Clericus* et *Forum*.

frequentare solebant. — 10. Qui vi, fraude, minis impedit procuratorem, vel advocatum, ne assistant alterius causæ, seu liti, et sic ei impedit victoriam, peccat contra justitiam, et tenetur ad proportionatam restitutionem. — 11. Item tenetur ad restitutionem, qui ex industria aliis negotiis occupat procuratorem alterius, ne possit huic aliquid bonum. — 12. Imò etiam si procurator esset voluntarius et sponte vellet servire. — 13. Injuste aperiens alterius litteras, ex quibus cognoscit ipsum aliquid pingue beneficium certo medio consecutum, certa negotiatione multum lucraturum, et hujusmodi, et postea prævenit, impedit, et sibi tali medio et negotiatione acquirit, peccat contra justitiam, et tenetur ad proportionatam restitutionem. — 14. Item peccat contra justitiam, et tenetur sic ad restitutionem, qui dolose retinet litteras alienas qui ex justitia tenetur tradere, si ex morosa consignatione litterarum alicui fuit impedita consecutio alicujus boni. — 15. Impediens bono fine et zelo sine vi, vel fraude, aliquem vere indignum, et ineptum a consecutione cathedræ, officii vel beneficii, etiam si occulta ejus crimina manifestet, non peccat, nec tenetur ad restitutionem. — 16. Talem autem impediens ex odio vel vindicta, aut cum vi seu fraude, licet non teneatur ad restitutionem, nec peccat contra justitiam, peccat tamen contra charitatem, etc. — 17. Impediens aliquem dignum consecutione cathedræ, officii, vel beneficii, ut cathedra, officium vel beneficium conferatur manifeste digniori, quovis modo impediat, nec peccat,